Speret idē sudet multū frustraq; laboret
Ausus idē tantū series iuncturaq; pollet
Tantū demedio sumptis accedit honoris
Siluis deducti caueāt me iudice fauni
Ne uelut inati triuiis ac pene forenses
Aut imunda crepent ignominiosaq; dicta
Offendunt' enī quibus est equus et pat' et res
Nec siquid fracti ciceris probat et nucis emptor
Equis accipiunt animis donātq; coronā
Silla longa breui subiecta uocatur iambus
Pes citus un̄ etiā trimetris accessere iussit
Nomen iambeis: cū senos redd'et ictus
Primus ad extremū simil' sibi nō ita pridez
Tardior ut paulo grauiorq; ueniret ad aures
Spondeo stabiles i iura paterna recepit
Comodus et patiens nō ut de sede scda
Cederet aut quarta socialit hic et i acci
Nobilibus trimetris apparet rarus et enni
Inscenā missos cū magno pondere uersus
Aut ope celeris nimiumq; cura carentis
Aut ignoratę premit artis crimine turpi
Non quiuis uidet imodulata poemata iudex
Et data romanis uenia est indigna poetis
Id circo ne uaget licenter scribamq; an oēs
Visuros peccata putem mea tutus et intra
Spem ueniē cautus uitaui denique culpā
Non laudē merui uos exemplaria greca